



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Pastorum quoque Vicarij, Capellani & Adiutores; ordinaria auctoritate
Archiepiseopali approbandi sunt ad curam, animarum, n. 50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

suorum subditorum salute ac profectu spirituali, diligenter eorum vitæ, moribus, & doctrinæ intendentes, ideoque præter visitationem ordinariam, datâ occasione, sæpius Parochias sibi commissas inuisant, & in visitationib. suis præcipuè inquirent, an Pastores apud oves suas perpetuò habitent, piè ac laudabiliter viuant, suo, vt decet, munere fungantur, præsertim Dominicis & festis diebus in celebrâdo Missæ officio, concionando, catechizando, Ecclesiastica Sacramenta, quacunque diei ac noctis horâ requirantur promptè ac deuotè ministrando, cum debitis ritibus, cæremonijs, orationibus ac precibus in Rituali Romano seu Pastoralis libro Coloniensi Agenda appellato, ad hoc religiosè præscriptis. Et si muneri suo de sint, ad nos, nostrumve in spiritualibus Vicarium absque morâ deferant, pœna suspensionis ab officio, vel alia grauiore arbitraria pro qualitate culpæ & scandali puniendos.

Pastorum quoque Vicarij, Capellani & adiutores ordinaria auctoritate Archie-

chiepiscopali approbandi sunt ad curam animarum.

L. Cum non solum Pastoribus, sed etiam eorum Vicarijs, Capellanis, eorumque adiutoribus vel socijs cura animarum incumbat; proinde & ij de sufficientiâ suâ docere debeant, districtè inhibemus, ne vllus Pastoriū Ciuitatis seu Archidiœcesis nostræ Coloniensis cuiusquam Vicarij, Capellani, adiutoris vel socij operâ in Pastoralis suâ functione vtratur, qui nostrum, aut nostri Vicarij in spiritualibus generalis testimonium in scriptis non exhibuerit, quo testatū fiat, eum sufficienti examine inuentum esse dignum & idoneum, qui in Vicarium, Capellanum, adiutorem vel socium Pastoralis officij tali loco cooptari possit; in quo testimonio etiam locum designari volumus: cum pro diuersitate locorū aut personarum, quibus quis præficiendus erit, diuersum esse possit, de præficiendi qualitate, iudicium a

a Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 4. Conc. Prouinciale Colon. sub Hermanno s. p. 4. c. 6.

d

Pres-